

exordii. 2. *Ἀιτιολογία* sive propositionis ratio vel appro-
 batio. 3. *Ἀυξησις* sive Amplificatio quædam, vel *ἀντικα-
 τάλησις*. Occupatio, vel *ἀντιθεσις*; Adversaria. 4. huic sub-
 jicitur *ἀποδοσις* repetitio vel conclusio exordii. 5. Hanc
 sequitur *ἄξιωσις*, petitio auscultationis, cujus hæ sunt
 formulæ: *Quamobrem adeste animis, auditores, & liberè ju-
 dicatè. Quaeso ut me attentè benigneq; audiatis. Attendite
 animos ad ea, quæ audietis. Quod dum facio, peto, ut benevolas
 mihi aures accommodetis. Quare peto à vobis, ut, si paulo libe-
 rius de his verba fecero, benevolè me audiatis. &c.* Exempla
 alia in seqq. subjicientur. II. Esto *Modestum*, verecundum
 & submissum, habens significationem modestiæ, officii,
 pietatis, venustate interim & elegantia, quasi quodam sa-
 le, perspersum. Cic. *de Orat. pref.* Alioqvi si sit tumidum
 & grande nimis, 1. detestatur id ipsum ipsa natura. 2. exi-
 stimationi dicentis & causæ officit. 3. bonos omnes of-
 fendit. III. Esto *Congruum*, & ad genus causæ quàm pro-
 ximè accommodetur, & tanquam ex ipsius visceribus ac
 medullis sumatur, ita ut non sit alienum aut longinquum,
 ab ovo gemino, quod dicitur, aut Nili flumine repetitum;
 nō etiam exile, aut nugatorium, aut vulgare, aut cum aliis
 causis commune, sed ut proprium, peculiare & tanquam
 vernaculum sit. *Adam Sib. Rhet. cap. 50.*]

CAPUT IV.

† *NARRATIO* est causæ ipsius, aut rerum, ad causam
 pertinentium, expositio.

[Breviter, est rerum explicatio & facti expositio. Cicero
 fontem omnis Orationis, adeoque quasi sedem ac funda-
 mentum constituendæ fidei nominat. *Dialog. 2. part. Orat.*
 Confer. *Quintil. lib. 4. cap. 2. Aristot. l. 3. Rhetor. 16.* Alii sic
 definiunt: Est facti per circumstantias brevis, perspicua, &
 verisimilis expositio. Facta autem faciunt triplicia: 1. *Ante-
 cedentia*, *ἠγέμενα*, ut; Erant ei veteres inimicitia cum
 duobus Rosciis Amerinis. Vocatur alias *ἠγεδίνησις*,
 quæ